

## LIBER

octo ēē uētōs. Si autem animaduerterint orbis terrae  
circuptionem per solis cursum & gnomonis æquino-  
ctialis umbras, ex inclinatione cœli, ab Eratosthene  
cyreneo, ratiōibus mathematicis, & geometricis-  
thodis esse inuentam ducentorum quinquaginta duū  
miliū stadiorū, quæ fiunt passus semele tricies-  
miliē mille et quingenties mille. Huius autem octaua  
pars quam uentus tenere uidetur, est ter milie mille,  
et non in genti striget se septies mille & passus quin-  
genti, non debebunt mirari, si in tam magno spatio  
unus uentus uagando, inclinationibus & recessioni-  
bus uarietates, mutationē flatus, faciat. Itaq; dextra  
& sinistra circa austrum leuconotus & altanus flate  
solet. Circa aphricum, libonctus & subueſperos. Cir-  
ca fauonium, argestes & certis temporibus, etesiae, ad  
Latera cauri, circaus & orus. circa septentrionē, thra-  
scias & gallicus. Dextra ac sinistra circa aquilonem,  
supernas & boreas. Circa solanum, carbas & certo  
tempore, ornithiae. Euri uero medias partes tenentis  
in extremis, cæcias & uolturnus.